147 *Questi versi fo fati contra il zeneral Grimani.*

Si Tusci insontem perimunt Vitellium, quod non
Libera Pisanûm sub juga colla dedit,
Non Veneti sontem, rebus tot turpiter actis,
Grimanum facient acefalonta ducem?

Copia di la parte messeno in gran conseio li avogadori di comun, di procieder contra sier Antonio Grimani, procurator, fo capetanio zeneral di mar, a dì 12 zugno 1500 (1).

Si videtur vobis, per ea quæ dicta et lecta sunt, quod procedatur contra virum nobilem sier Antonium Grimani, procuratorem, olim capitaneum generalem maris, qui egressa de anno elapso hostili classe turcharum ex Hellesponto ad damna Dominii nostri, habens sæpius opportunitatem classem illam invadere et profligare, sicuti etiam in mandatis habuerat a nostro consilio rogatorum, cum potentior esset classis nostra classe illa hostili, cum certa subsecutura victoria, cum perpetua gloria, fama et consequenti assecuratione status Dominii nostri, non curavit facere debitum suum, ut poterat et debebat, nec alios classis nostræ mandato et obedientiæ suæ suppositos et inobedientes punire, sed adeo se habuit, quod classis nostra ipsius capitanei negligentia et malo regimine, cum sibi obedientiam præstare minime fecerit, divisa et segregata, non fecit debitum suum, ex quo factum est, quod classis ipsa hostilis quo voluit se contulit, et tandem, nullo sibi adhibito obstaculo, sed data sibi potius opportunitate fugæ, declinavit ad infelicissimam civitatem nostram Neopacti, quam tam miserabiliter cœpit, cum tanta ignominia et dedecore ac intollerabili damno secuto Dominio nostro, quique classem nostram dissolvit tempore necessarissimo, et cum evidenti periculo status Dominii nostri, et, non expectato eius successore ob eius pessima deportamenta destinato ab hoc maiori consilio, se absentavit, et, derelicta classe ipsa, venit Venetias cum trireme sua, contra decretum excellentissimi consilii nostri rogatorum, quod mitti deberet cum una fusta, quique etiam noluit acceptare litteras Dominii nostri sibi præsentatas per gubernatores galearum nostrarum, et usus est verbis injuriosis contra primarios cives nostros, cum dedecore Dominii nostri, malo, periculoso et insupportabili exemplo, ut est dictum.

(1) Questa parte nel Sanuto è mancante in due luoghi, ed è quindi molto difficile a intendere in tutti i suoi particolari; ho preferito perciò di trascriverla dal Registro del Maggior Consiglio, *Stella*, c. 171 e 171 t.° (R. Fulin.)

De procedendo 680, de non 435, non sync. 95. Et fuit capta.

Fuerunt numerati a consilio 1212, et inventæ in toto ballotæ 1210.

A dì 14 zugno. In colegio vene domino Carlo Secho, condutier nostro, al qual foli azonto per colegio vinti altri homeni d'arme, zoè di la conduta di Zuam Fermo Secho, era a so posta. 148

Vene l'orator di Franza, e disse di uno era stà retenuto a Mestre, et examinato dai cai di X, et fo rilassato; *unde* si duol. À inteso è milanese. Il principe justifichò *etc.*

Vene sier Antonio Arimondo, patrom di una galia grossa, per la diferentia con sier Piero Pollani, per haver tolto per mità la galia, *unde* fono admoniti; si scussano zercha lo armar *etc.*

Vene l'orator di Sallò, dolendossi quella comunità haver dà 100 homeni per mandar in galia; horra sono astreti a darne di altri; si duol non ne son in la riviera, et volentiera ne hanno dato, offerendossi *etc.* Fono ringratiati per il principe.

Di sier Piero Marcello, provedador in la Patria di Friul, date a Gradischa. Manda avisi auti di Damian di Tarsia, che turchi 20 milia sono reduti in Bossina, e voleno venir in Friul, et hanno corsso a Tenina, locho di l'ongaro; et si dice è fata la liga dil re di Hongaria con la Signoria nostra; aricorda si provedi *etc.*

Dil capetanio zeneral da mar, date a Corfù, a dì 26. Manda el processo fato contra sier Tomà Contarini, sier Marin da Leze et Caluro, ystriam, per il caso di la galia Polana; fo mandato a l'oficio di avogadori.

Di sier Jacomo Venier, provedador di l'armada, di 27, date in galia, a Chasopo. Nara il suo navegar et il zonzer suo de lì.

Da poi disnar, fo gram conseio. Et fu fato procurator sier Nicolò Michiel, dotor, cavalier, avogador di comun; et questo per haver conveto *(sic)* sier Antonio Grimani valentissimamente, et haver contrastato sempre di menarlo a gram conseio; *unde, merito* fo electo procurator in locho suo.

1413. Electo procurator di San Marco sopra le comissarie de citra, *in luogo de sier Antonio Grimani. Fonno a conseio 1416.*

Non. Sier Baldisera Trivixam,
el consier, *quondam*
sier Pollo . . . .